



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Index praeparandorum à Visitatore pro Visitatione. §. IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

cit. & Nau. in conf. 2. incip. utrum poena statuta in cap. exigat de censibus in 6. sex notabilia assert. item Zerolam vide par. r. V. Visitatio §. 6. ubi excludit medicinas, sumptus equorum, plures procuraciones, si una die dua visitentur Ecclesia, & loca pauperum, seu Ecclesia pauper, qua gratis sunt visitanda.

Præstari tamen debent vectura quoque equorum à Visitatis, ne dum eorum pabula, qua semper dari solent, quando vero Episcopus eget, & alioquin impediretur Visitatio, ex Thef. Fori Eccl. par. 2. c. 16. n. 43. per tex. ibi cit. immo etiam diuiti Episcopo præstanda erunt si adest consuetudo. ibid. n. 44. & 55.

Quod attinet ad restitutionem duplici in c. exigat, renouatam in Conc. Trid. cit. ea erit intra mensem facienda, sub poena interdicti ab ingressu Ecclesia, ab Episcopo; suspensionis ab officio, & beneficio ab inferioribus: à laicis autem, suspensionis ab ingressu Ecclesia, & à communione Eucharistia, per extrau. Bened. XII. tit. de conf. donec duplum Ecclesia grauata restituerint. ubi etiam habetur, quod Episcopus tenetur de facto famulorum suorum, si sciat, aut ratum habeat: neque valet in his casibus remissio donantium vlla.

Excusat materia leuis, ex glos. in eod. c. exigat, ver. munera. & exemplificat in exportatione caponorum, caseorum, & flosorum vini, & similibus, qua neque mouent aliquem, neque faciunt (ait) donantem pauperiorem. tutius tamen victualia tantum in proprio loco consumenda recipiuntur.

Index librorum, quorum lectioe iuuari potest Episcopus in Visitatione. §. III.

- 1 Pontificale Romanum. tit. Ordo ad visitandas Parochias. par. 3.
- 2 Conc. Trident. sess. 6. cap. 3. & 4. sess. 7. cap. 7. & 8. sess. 13. cap. 1. sess. 14. cap. 4. sess. 21. cap. 8. sess. 22. cap. 8. & 9. sess. 24. cap. 3. 9. & 10. sess. 25. cap. 6.
- 3 Acta Mediolanensis Ecclesie, par. 4.
- 4 Concilium Tridentinum, & Praxim hanc Compendiariam.
- 5 Mariani Socini, & Franc. Pauini Tractatus de Visitatione.
- 6 Pauli Fusci Episc. Sarnensis. libr. duo de Visitat.
- 7 F. Feliciani Commenfis Episcopi Manuale Visitatorum.

- 8 Annibalis Rochi Tractat. de Visitat.
- 9 Alphonsi Vilagut Cassinensis Speculum Visitatorum.
- 10 Zerole pars prima Verbo. Visitatio, in praxi Episcop.
- 11 Azor. Institut. Moral. par. 2. lib. 3. c. 40.
- 12 Lucae Ant. Restæ Directorium Visitatorum.
- 13 Michaelis Timothei Instructio Compendiosa Visitandi Ecclesias.
- 14 Dominici Zucchinetti Constitut. & Decreta Conc. sex Prou. Mediol.
- 15 Pauli Salodij Praxis de Visitatione.

Predicti namq; auctores tradunt varias doctrinas, & instructiones pro formandis ritè opportunis Decretis de vnaquaque re Ecclesiastica; quarum epilogum, & compendiosam Methodum, a nemine adhuc tentatam, prope diem, Deo dante, dabimus in lucem.

Index præparatorum à Visitatore pro Visitatione. §. IV.

- 1 **E**dictum generale proponitur pro generali Visitatione cum electione, & publicatione coadiutorum.
- 2 Præmonitiones fiunt per litteras ad Parochus, vt in Indice sequenti.
- 3 Ferat secum Decreta postremæ Visitationis, vt semper quærat, An executioni mandata.
- 4 Concilium Tridentinum, & Praxim hanc Compendiariam.
- 5 Pontificale Romanum, cum Paramentis Pontificalibus, albi, & nigri coloris.
- 6 Decreta Prouinciæ suæ, & Synodi Diocæsanæ, cum Edictis generalibus, &c.
- 7 Instructiones Fabricæ Ecclesiasticæ, si adsint.
- 8 Indicem librorum Prohibitorum.
- 9 Casus referuatos summo Pontifici, & Episcopo.
- 10 Indices locorum, & personarum, quæ Visitationi subiacent, vt infra. §. 6. & 7.
- 11 Libellos distribuendos de doctrina Christiana, & alios spirituales.
- 12 Nummismata sacra à summo Pontifice benedicta, cereos Agnus Dei, sacras imagines, & eiusmodi ad pietatem excitandam.
- 13 Præmittat Episcopus, si opus est, Concionatores, Confessarios, & Cæremoniæ Magistrum.
- 14 Faciat sibi indicem præcipuarum quarundam rerum; de quibus interroget. ex Indice 9. et.

Index